¶ l Strauit antheum. Hic ponit nonum laborem. Vbi notandū. Q₂ Antheus erat gigas de terra pgenit⁹ cuius erat talis virtus q si aliquādo ex fatigatione debilitaretur tactu terre statim recuperabat vires. Qui cum exerceret magnam tyrranidem in libia aduenit Hercules & cōgress⁹ cū eo diu siml' luctabatur. Cum autem Antheus sentiret se debilitari sponte cecidit in terram & sic resumpsit vires quod Hercules cognoscens ipsum a terra eleuauit & supra pectus suū ipm tenendo oppressit quousq₃ spiritum exalaret.
(Ordo). Strauit Antheum libitis harenis.
¶ m Cacus Euandri. Hic ponit decimum laborē. Vbi notandum q Cacus fuit monstrꝝ euomens ignē per os cuius pr̄ fuit Vulcanus. Manebat aūt Cacus in monte auentino spolians & occidens homines & furto Piurimū insistens. Cum autē Hercules veniret de Hyspania ducens secum multos boues. Cacus quosdam boues Herculis furabatur & traxit eos in antrū suum retrorsum per caudas ne furtum pateret. Cum autem Hercules quereret boues per mugitum vnius bouis peruenit ad antrum Caci quo ex tracto ipsum interfecit cuius morte placata est ira Euandri quē Cacus multum offenderat.
(Ordo sic sumitur) Cacus satiauit iras Euandri.

i.serpens — s.suo
¶ Hydra combusto perijt veneno.
p ablationem cornu — ille fluuius
¶ Fronte turbat⁹ achelous amnis:
quia latuit pre pudore in ripis — ipse
Ora demersit pudibunda ripis
s.hercules — i.occidit
¶ Strauit antheum libicis harenis
s.morte sua quam passus est ab hercule — quē cacus offenderat — i.compescuit
¶ Cacus Euandri satiauit iras.
s.Hercules — s.erat — vt iam dicetur
¶ Quosq₃ cōpssus foret alt⁹ orbis:
i.aper — s.vel solutis — s.herculis — i.maculauit
Setiger spumis humeros notauit
s.hercules fuit q — i.inclinato
¶ Vltimus celum labor irreflexo
i.supportauit
Sustulit collo: preciumq₃ rursus
s.vt precium — s.sui
Vltimi celum meruit laboris
resistentes aduersitatibus — herculis — illic — i.tardus
Ite nunc fortes vbi celsa magni
s.hominis
Ducit exempli via, cur inertes
i.dorsa vestra fugiendo labores & aduersa — i.terrena concupiscētia
Terga nudatis: superata tellus
i.celum — s.homini
Sidera donat.

¶ n Quosq₃ cōpressus foret. Hic ponit vndecimū laborem Herculis. Vbi notandū q in Archadia erat quidem aper deuastans totam regionem quem cū Hercules agitaret aper sibi insultans humeros Hercul' spuma maculauit quē aprum tandem interfecit. n Setiger dicitur aper quasi gerens setas.
(Ordo) Setiger notauit humeros spumis quos alt⁹ orbis foret conpressus.
¶ o Vltimus &c. Hic ponit duodecimum & vltimum laborem Herculis. Notandum q Atlas fingitur fuisse quidem gigas supportās celum humeris suis hic fatigatus rogauit Herculem vt celū supportaret quousq₃ ipse respiraret quod & Hercules fecit & p hoc celum meruit.
(Ordo) Vltimus labor sustulit celum irreflexo colloq₃ rursus meruit celum pretiū vltimi laboris.
¶ p Ite nunc. Hic hortatur Philosophia adimitatione predictoꝝ fortiū viroꝝ.
q Ducit exemplis via. Via hec magni Herculis est via virtutum. Et via magni exempli ad aggrediēdū fortia.
r Cur inertes. Inuehitur contra tardos.
(Ordo sic sumitur). Ite nunc fortes vbi celsa via magni exempli ducit. Inertes cur terga nudatis tellus superata donat sidera. Hoc est celum. Quia superata terrena cōcupiscentia efficitur homo dignus celo quod est loc⁹ deorum & spirituū. Nam secundum Arestotelem primo celi & mundi. Omnes eum locum qui sursum est deo attribuunt & barbari & greci. Quicūq₃ putant deos esse. De quo loco dicit Plato in fedrone. Viri speculatiui viuentes secundum vitā contemplatiuuā celestes sedes recipiunt: in quibus foelicitate deoꝝ potiūtur qua foelicitate nos faciat particeps Ihesus cristus qui est deus super omnia benedictus in secula seculorum Amen.

Finit liber quartus de consolatione philosophie. Incipit nunc Quintus liber.

Hic incipit Quintus liber Boetij de consolatio

ne philosophie. Cuius hec est prima prosa. In qua phīa vult soluere quedā dubia suā determīatione cōsequentia de fato & prouidentia. Videtur enim ex dictis ꝙ casus nō sit quia si omnia sunt ꝓuisa ita ꝙ nihil eueniat preter ordinē prouidentie diuine videtur ꝙ nihil casualiter eueniat quia casus importat euentū inopinatum. Item videtur ex dictis ꝙ liberꝫ arbitrium non sit quia omnia disponunt̄ secundū ordinem fatalis necessitatis. Liberū autem arbitriū necessitatem excludit. Videtur ergo si non ponitur prouidentia & fatum ꝙ omnino excludatur liberum arbitriū. philosophia ergo in presenti libro inquirit. Vtrum casus sit & quid sit. Et inquirit vtrū liberū arbitrium sit ponēdo argumenta quibus liberum arbitrium cum ꝓuidentia diuina nō videtur posse stare post hoc ponit falsam solutionem quorundam quā improbat & ponit ꝓpriam quā rationibus confirmat & de eternitate determinat: & alia plura sicut patebit. Et diuiditur iste liber in vndecim partes quia sex sunt ꝓse & quinqꝫ metra eius: que partes & q̄ in ipsis determinant̄ patebūt in ꝓcessu libri. In prima ꝓsa determinat de casu & primo Boetiꝰ tāgit acta phīe cōmendans eius exhortationē factā & mouet questionē de casu. Scđo phīa excusat se ab eiꝰ determinatiōe & Boetiꝰ illā excusationē remouet. Tertio phīa determinat de casu. Secunda ibi. Tum illa festino Tertia ibi. Tum illa morem. primo dicit philosophia dixerat hec predicta ꝛc.



Prosa Prima



Ixerat orationisq3 cursum ad alia quedā tractāda atq3 expe dienda vertebat. B. Tū ego re cte quidē inq3 exhortatio tuaq3 prorsus autoritate dignissima Sed q tu dudū de ꝓuidentia questionem pluribus aliis implicitā esse dixisti: re experior. Quero enī an esse aliqd omnino & quid nam esse casum arbitrere? ¶ P. Tū illa, festino inqt debitū ꝓmissionis absolue re, viamq3 tibi qua patriā reueharis aperire. Hec aūt &si ꝓutilia cognitu tñ a ꝓpositi nrī tramite paulisꝑ auersa sunt. Verendūq3 est ne deuiis fatigat⁹ ad eme tiendū rectum iter sufficere nō possis. B. Ne id inq3 prorsus vereare. Nam qetis mihi loco fuerit ea qbus maxime delector agnoscere. Simul cū omne disputa tionis tuę latus indubitata fide cōstiterit nihil de se quentibus ambigat. ¶ P. Tum illa, morē inqt gerā tibi simulq3 sic exorsa est. Si quidē inqt aliquis euē tum temerario motu nullaq3 causarꝫ connexione ꝓ ductū casum esse diffiniat. Nihil omnino casum esse confirmo & preter subiecte rei significationē inanē

a Dixerat. Notandū ꝑ hoc q dicit Boetius. Dixerat innuit Phīam iā ex pediuisse quę ad sui speculationē spe ctabāt & ita terminasse pricipalem huius libri intentionē & Phia verte bat cursum orationis .i. orationē cur rentē quia oratio Phīe non impedie batur ignorātia docētis: nec tardita te dicentis hanc orationē vertebat ad quedā alia tractāda: que aūt fuerūt illa Boetius nō exprimit quia forsitā sua opinione minus erāt desiderāda vel forsitan quantum ad propositū extranea. b Exhortatio tuaq3 Dicit exhortationē Phīe fuisse rectā quia Phīa hortabat ad virtutes et ad cōtemptū fortuitorꝫ talis aūt exhorta tio q̄ fit ad bonū ꝓsequendū & malū fugiēdū recta est & dicit exhortationē Phīe esse dignissimā autoritate. qa qd a sapientibus dicit autoritate sapiētis dignum reputatur.

(Ordo). Dixerat ac vertebat cursū ora tionis ad tractādū quedā alia atq3 ex pediēda. B. Tū ego inq3 recte qdē ex hortatio tuaq3 ꝓrsus dignissima auto ritate. Sed q tu dudū dixisti q̄stionē de ꝓuidētia implicatā esse plurib⁹ aliis Quero enī an arbitrere casum omīno esse aliquid & quid non.

¶ c Tum illa festino. Hic phīa excu sat se de huiusmodi opiniōis vł que stionis determinatiōe & Boeti⁹ illam excusationem remouet.

d Viamq3 tibi qua ꝛc. Notandū q di cit qua via reueharis patriā. Hic patri am vocat beatitudinē quā prius inue nire docuit. Ille aūt per que homo per uenit ad ipsam sunt virtutes de qbus Boetius intēdebat agere nō in hoc li bro se in vltimis libris musice sue agē do de musica humana itentionē autē suā nō cōpleuit quia a rege Theodori co preuentus fuit.

(Ordo). P. Tū illa inqt festino absol uereq3 apire tibi viā quę reueharis pa triā hec autē &si sunt ꝓutilia cognitu tñ paulisꝑ auersa sunt a tramite no stri ꝓpositiq3 verendū est ne fatigat⁹ deuiis nō possis sufficere ad metien dū rectū iter. B Inq3 ne vereare id ꝓr sus. Nam fuerit mihi loco qetis agno scere ea qbus maxime delector simł cū omne latus tuę disputatiōis cōsti terit fide indubitata nihil quod ambi gatur de sequentibus.

¶ e Tum illa morē inquit ꝛc. Hic phīa determinat de casu soluēdo pre missas causas & questiōes. Primo sol uit primā an casus sit: secundo secun dam quid sit casus ibi licet igitur. Primo ostendit quid significetur per nomen casus ponendo opinionem quo rundam. Secundo improbat illam opinionem ibi. Quis enim.

¶ f Si quidem inquit aliquis ꝛc. Notandum q q̄uis questio si est precedat questionē quid est secundum q questio quid est querit de quidditate rei quia quid est rei nulli debetur nisi enti; tamen questio quid est querens

.q.d. nullus
prorsus esse vocē decerno. ¶ Quis enī coercente in
.s.pulsum .i.improuisioni .i.relictus
ordinē cūcta deo locus esse vllus temeritati reliquus
b scilicet i
potest. ¶ Nam nihil ex nihilo existere vera sentētia
cōtradixit
est cui nemo vnq̄ veterꝫ refragatus est: quamq̄ id
illā ꝑpositionē ex nihilo nihil consistere .s.de deo creatore qꝫ ex nihilo aliquid fecit
.s.antiqui .s.intellexerunt .i.de natura fūdata i materia
illi non de opante principio sed de materiali subiecto
exponit se ipsum .i.de materia que est subiectū formarum naturalium .i.posuerint
hoc ē oīm de natura rationū quasi quoddā iecerint
.i.sed
fundamentū. At si nullis ex causis aliquid oriat̄: id de
.s.vt aliquid oritur ex nihilo
nihilo ortū esse videbit̄. Qꝫ si hoc fieri nequit: nec ca
.i.talem fm antiq̄s ꝙ sit temerari⁹ euēt⁹ sine ꝯnexione causarum
sum q̄dē huiusmodi esse possibile ē qualē pauloante
.s.dicendum est de casu .s.in rerum natura
diffinimus. B. Quid igit̄ inq̄: Nihil ne est quod vel
.i.possit
casus vel fortuitū iure appellari queat? An est aliq̄d
q̄uis
tametsi vulgus lateat cui vocabula ista conueniunt.
k .s.doctrina cui⁹ nutritus sum ꝛ deditus secundo phisicoꝝ
¶ P. Arestoteles me⁹ id inq̄t in phisicis & breui & ve
.i.veritati
ri ꝑpinqua ratione diffiniuit. B. Quonā inq̄ modo?
.s.Phia l .i.alicuius .i.causa .i.fit
P. Quotiēs ait aliquid cuiuspiā rei gratia gerit̄ aliud
.i.con
q̄ quibusdā de causis q̄ quod intēdebat obtingit ca
ali
sus vocat̄. Vt si q̄s colēdi agri causa fodiens humū, de
.i.inuētio auri .i.a casu
fossi auri pondus īueniat. Hęc igit̄ fortuitu q̄dē credi
.i.s.d .s.talis euēt⁹ .i.nulla causa sicut dicebat diffinitio antiquorum
tur accidisse verū nō de nihilo est. Nam ꝓprias cau
.s.euent⁹ casualis .s.ab eo qui aliquid fecit causa alteri⁹ rei
sas habet quarꝫ improuisus inopinatusq̄ concursus

de q̄ q̄d est nominis est prima cognitio & ideo x q̄ q̄d est nominis oportet scire de aliquo si est porpter hoc phīa ad querēdū de casu. Vtrū sit vel nō accipit quod q̄d est quod significatur ꝑ nomē & dicit. Si aliqui dicunt casum esse euentū temerarium sine omni causa ꝓductū ego video vocem casus esse inanē tāq̄ sibi nihil correspōdeat ī re. (Ordo). P. Tum illa inquit morē gerā tibi simulq̄ sic exorsa est. Inquit si quidē aliquis diffiniat casum esse euentū productū motu temerarioq̄ nulla cōnexione causarꝫ confirmo casum nihil omino esse ꝙ decerno vocē prorsus esse inanē preter significationē rei subiecte. ¶ g Quis enim coercente: Hic phīa improbat opinionē istā ostēdens casum nihil esse secūdū eā. Secundo soluit questionē secundū rei veritatē ibi. Arestoteles meus primo ponit vnā rationē. Secūdo aliam ibi. Nam nihil. Antiqui dicebāt ꝙ casus est euētus temerarius .i. improuisus. Contra hoc arguit phīa sic. Vbicūq̄ oīa sunt ꝓuisa ibi nihil ē temerariū: sed omnia quę sunt ꝓuisa sunt a deo ergo inter ea quę sunt nihil est cōtrariū. Notandū ꝙ oīa a deo sunt ꝓuisa. Cui⁹ ratio est Quorūcūq̄ de⁹ ē causa oīa talia ꝓuisa sunt a deo: sed de⁹ est causa oīs entis ergo om̄ia entia a deo sunt ꝓuisa. Qꝫ autē de⁹ sit causa oīs entis patet q̄a ab ipso dependet cęlū & tota natura vt patet ex .xii. Methaphisice. (Ordo). Enim quis locus vllus reliquus esse potest temeritati de coercēte cuncta in ordinem.
¶ h Nā nihil. Hic ponit aliā rationē probantē. Qꝫ casus nō potest esse sine omni causa ꝓduct⁹ sicut antiq̄ dicebāt. Et arguit sic q̄d ē ex nihilo nihil est sed quod ex nulla causa ē ex nihilo est ergo quod ex nulla causa est nihil est: sed secundū antiquos casus est ex nulla causa quia est ꝓduct⁹ sine oī connexione causarū. ergo casus nihil est.
i Nihil ex nihilo consistere. Notandū ꝙ hęc ꝓpositio ex nihilo nihil consistere vera est in cōperatiōe ad causam ꝑticularē q̄ in sua actione ꝑ̄suppōit materiā tn̄ in cōperatione ad causam vniuersalē q̄ est causa toti⁹ entis nō est vera. Vnde dicim⁹ deū oīa creasse ex nihilo & fide tenemus. Sed antiqui de isto mō ꝓductionis ꝑ creationē nō loquebant̄. Sed primo mō. Vnde Arestoteles primo Ethicoꝝ. Impossibile est aliquid fieri ex his q̄ nō sunt de hac enim opinione cōueniūt oēs qui de natura sunt (Ordo). Nam vera sentētia est cui nemo vnq̄ veterꝫ refragatus est nihil ex nihilo cōsistere quāq̄ illi id iecerint quasi quoddā fundamētū nō de operāte principio sed de materiali subiecto, hoc est de natura oīm rationū. At si aliquid oriat̄ ex nullis causis id videbit̄ esse ortum de nihilo. Qꝫ si hoc nequit fieri ne quidē possibile est esse casum huiusmodi qualē ante diffinimus. B. Quid igit inq̄: est ne nihil q̄d iure queat appellari casus vel fortuitū? An est aliquid tametsi lateat vulg⁹ cui ista vocabula cōueniūt.
¶ k Arestoteles me⁹. Hic phīa soluit questionē de casu & primo ostendit eā esse solutā ab Arestotele & ostēdit modū ei⁹. Secūdo declarat ꝙ casus licet nō habeat causas ꝑ se habet tn̄ causas ꝑ accidēs ibi. Hęc sunt igitur.
l Aliquid cuiuspiā ꝛc. Casus secundū Arestotelē est q̄n aliquid fit ꝓpter aliquē finē vt fossio agri ꝓpter seminationē si aliquid aliud euenit ex quibusdā causis preter hoc quod intendebat hoc est casus. Vt inuentio thesauri

.f.esse .f.que fossio est vna causa inuentionis
casum videt̃ opatus nã nisi cultor agri humũ foderet
abscondisset
nisi eo loci pecuniã suã depositor obruisset: aurũ nõ
que est alia causa inuẽtionis .i.euentus
esse inuentũ. ¶ m He sunt igit̃ fortuiti cause cõpen
.f.fortuitum'compendium
dij:quod ex obuijs sibi & confluentibus causis non
.f.ille
ex gerẽtis intẽtione ꝓuenit. Neqꝫ enĩ vel ꝗ aurũ ob
ruit vel ꝗ agrũ exercuit vt ea pecunia repiret̃ intẽdit:
sed vti dixi quo ille obruit hũc fodisse cõuenit atqꝫ
.f.inuẽtio pecunie n
occurrit. ¶ Licet igit̃ diffinire casum esse ĩopinatũ
ex cõfluẽtibus causis in his q̃ ob aliquid gerũtur in
o
uentũ concurrere vero atqꝫ confluere causas facit or
.f.fatalis
do ille ineuitabili connexione ꝓcedens ꝗ de ꝓuidẽtie
fonte descẽdens cũcta suis locis tẽporibus disponit.

casualis est que uõ intendebat̃ a fossore agri. Ex quo patet ꝙ inuentio thesauri est casualis non ideo ꝙ non est preuisa a deo. sed quia nõ est preuisa ab homine & ita casus nihil est quo ad deũ: sed est aliquid quo ad hominem preter cuius intentionem & prouisionem euenit.

(Ordo). Arestoteles meus id inquit in Phisicis & diffiniuit breui ratione & propinqua veri. B. Quonam inqꝫ modo? P. Quotiẽs aliquid geritur gratia cuipiam reiqꝫ aliud obtingit quibusdam de causis qꝫ quod inten debatur vocat̃ casus. Vt si quis causa colendi agri fodiens humum inueniat pondus auri defossi. Hec igitur creditur quidem accedisse fortuitu: Verum nõ est de nihilo. Nam habet proprias causas quarum concursus improuisusqꝫ inopinatus videt̃ operatus casum. Nam nisi cultor agri foderet humũ nisi depositor obruisset pecuniam suã eo loci aurum non esset inuentum.

¶ m He sunt. Hic ostẽdit Phĩa ꝙ licet casus habeat causas: non tamen habet causas per se: sed per accidens. Notandũ ꝙ causa efficiens nõ agit nisi moueatur a fine. Finis autẽ nõ mouet' nisi secũdũ ꝙ est ĩ intẽtione. Et ideo respectu illius effectus ꝗ est in intẽtione agẽtis est causa ꝑ se. Sed si aliquid cõtingat in actiõe preter intentionẽ agẽtis illius agens est causa ꝑ accidẽs: & sic casus quia cõtingit ꝑ̃ter intentionẽ agentis nõ habet causam agentẽ per se sed ꝑ accidens.

(Ordo). Igitur he sunt cause fortuiti cõpendii quod ꝓueuit ex causis obuiis & confluentibus non ex intẽtione gerentis. Neqꝫ enim vel qui obruit aurum vel qui agrum exercuit. i. fodit intendebat vt ea peccunia reperiretur sed vti dixi quod ille obruit hunc conuenit fodisse occurrit.

¶ n Licet igitur. Hic Phĩa soluit secundam questionem ostendendo quid sit casus. Concludit ergo diffinitionem eius ex iam dictis. Que est bona quia per eam casus distinguitur ab aliis per hoc ꝙ dicitur casus est euẽtus inopinatus excluditur effectus necessario eueniens vel vt frequenter sicut solem oriri vel hominem nasci cũ quinqꝫ digitis in vna manu talia enim non eueniunt casualiter & inopinate per hoc ꝙ dicitur ex cõfluẽtibus causis excluditur casus. Primo modo dictus qui secundum antiquos ponebat̃ produci ex nulla connexione causarũ. Per hoc autẽ ꝙ dicitur in his que geruntur ob aliquid aliud per hoc excluditur a casu casualitas per se casus enim & fortuna sunt cause per accidens & fiunt preter intentionem agentis.

o Concurrere vero. Ostendit quomodo effectus casualis cadit sub ordine prouidentie: dictum est enim ꝙ casis prouenit ex causis confluentibus ꝙ autem cause confluant hoc prouenit ex ordine prouidentie:

(Ordo sic sumitur). Igitur licet diffinire casum esse euentum inopinatum ex cansis confluentibus in his que geruntur ob aliquid aliud vero causas concurrere atqꝫ confluere facit ille ordo procedens ineuitabili connexione causarum qui descendens de fonte cuncta disponit suis temporibus locis:

Istud est Metrum primum ipsius quinti. Quod

dicitur metrum elegiacũ & primum metrum est dactilicum hexametrum. secundum est throchaicum penthametrum vel dactilicum penthametrum. In quo philosophia ostendit quomodo euentus casualis se habet ad prouidentiam diuinam.



.i.montis parthie .i.excōcauitatibus .f.in pthia (tem
a
R Vpis achimenie scopul' vbi v'sa seqn̄
sagittas
pectorib' figit spicula pugna fugax:
b
Tygris & eufrates vno se fonte resoluunt:
post paruum spacium .s.tigris & eufrates .s.aliis
Et mox ab iunctis dissociantur aquis.
.s.dicti fluuii
.i.conueniant
Si coeant cursum iterum reuocentur in vnū
.i.oportet confluere .s.illud secum ducit .i.vtriusq; fluminis
Confluat alterni quod trahit vnda vadi
.i.eradicati .i.p flumine
Conueniant pupes: & vulsi flumine trunci
.i.confluere .i.implicabit q; facit cōcurrere fortuitu naues & trūcos
Mixtaq; fortuitos implicet vnda modos.
.s.cursus .i.depssio dans viam fluuio casualis euentus
Quos tamen ipsa vagos terre decliuia casus
.i.currētis aque .s.& ita est de euētu casuali
Gurgitis & lapsi defluus ordo regit.
.s.fors .i.sine regimine
Sic que permissis fluitare videtur habenis
.i.casus vel fors .s.illa .i.regimina .i.p ipsam legem diuine pūidentie .i.transit
Fors: patitur frenos: ipsa que lege meat.

¶ Est ſꝫ materia exempli Tigri & eufrates sunt duo fluuii ab eodē fonte pcedentes q postea abinuicē diuidunt & si iterum concurrant necesse est naues & alia que p ista flumia deferuntur cō currere qui quidē concursus prouenit inq; tum reguntur decursu istoꝝ fluuiorum et tñ est pter intentionē istoꝝ q regunt naues eodē modo cōcursus causaꝝ casualis q̄uis sit pter itētionē ipsoꝝ agentiū tñ concurrūt secundū defluxū ordinis fatalis ex regimine diuine pūidētie & q̄uis a nobis ignorātib' ordinē diuine pūidētie videat aliqd casuale & fortuitū tñ in cōparatiōe ad deū oīa sunt ordinata & prouisa.
a Rupis Achimenie. Notandū q pthia est regio q̄dā que alio nomine dicit achimenia: Vnde dicūtur hoīes pthi q vincunt hostes suos fugiendo sagittas a tergo mittendo: & sic amor vincendus est fugiendo. Vnde poeta dixit. Qua specie martis cedit victoria parthis Cipris ea parte simili q̄ q; vincit arte. Cipris.i. venus q̄ colebat in cipro & paup Heinricus Proscribas igit gladiis & fustibus ipm.s.amorem. Et fugienda fuga quem sola fuga fugat.
b Tigris & eufrates. In Genesi scribitur Tigris & eufrates sūt flumina quorū ortus est in paradiso. Sed Iheronim' autoritate Salustii dicit q ortus Tigris & eufrates demōstratur ī armenia .i.in pthia cui videt Boetius hic consentire. Beatus autē Augustinus super Genesim ad litteram istā contrarietatem concordat dicens. Istud contingit in illis fluminibus q in aliis experimur scilicet q aliquando absorbētur a terra & iterum oriūtur & quia hoc sepe potest contingere. Ideo de ortu ipsorum fluuiorum diuersa possunt dici. Quando eni Moyses dicit in Genesi q oriantur in paradiso potest itelligi de prima origine eorū sed q dicit ab aliis q alias oriant potest itelligi de ortu eoꝝ scdario. (Ordo). Incipit in tertio versu. Tigris & eufrates resoluunt se vno fōte scopul' rupis achimenie vbi fugax pugna versa spicula figit pectoribus sequentem & mox dissociātur ab iunctis aquis. Si iterū coeāt reuocent in vnū cursum confluat quod vnda trahit alterni vadi pupes cōueniunt & trunci vulsi flumineq; mixta vnda implicet fortuitos modos quos tamen vagos casus regit ipsa decliuia terre et defluus ordo lapsi gurgitis regit ipsos vagos Sic fors que videt fluitare permissis habenis patitur frenos ipsaq; meat lege.

Hic incipit Prosa secūda huius quinti. In qua

incipit determinare de cōuenientia liberi arbitrij ad prouidentiā diuinā. Et primo querit an liberꝫ arbitriū posset stare cū pūidentia diuina. Et phīa pbat liberꝫ arbitrium esse. Scdo ostēdit quomō diuersificat in diuersis. Et tertio ostēdit actus liberi arbitrij cadere sub pūidētia diuina. Secundo ibi. Sed hanc. Tertia ibi. Quem tamē ille.



Prosa Secunda

.i. in aīo considero vel cognosco quomodo casus stat cū ꝓuidentia

ANimaduerto inq̄ꝫ: Id ꝙ vti tu dicis ita
querit Boetius
esse consentio. Sed in hac herenciū sibi serie causarū
est ne vlla nostri arbitrij libertas? an ipsos quoqꝫ hu-
.i. necessitas
manorum motus animoꝝ fatalis cathena constrīgit?
ꝓbat liberum arbitrium esse .i. esse poterit large capiendo ꝓnimi eo quod habet cognitionem intellectiuam
P. Et inquit neqꝫ enim fuerit vlla rationalis natura
ꝓbat .s. illud
quin eidem libertas assit arbitrij: nam quod ratione[a]
vti naturaliter potest id habet[b] iudicium quo quidqꝫ
.i. eligenda
discernat per se igitur fugienda optanda ve dinoscit.
ꝓsequitur
Quod vero quis optandum iudicat esse petit. Re-
fugit vero qđ estimat esse fugiendū. Quare q̄bus in
est ratio ipsis etiam inest volendi nolendiqꝫ libertas.
.s. libertatem arbitrii quis maior est in diuinis .i. equalem
¶ Sed[c] hanc non in omnibus equā esse constitutus.
.i. in effabile
Nam[d] sup̄nis diuinisqꝫ substantijs: & ꝑspicax iudiciū

a Quod ratione vti. Notandum ꝙ dicit illud quod vtitur ratione habet iudiciū quo discernat vnūquodqꝫ hoc dicit ad differentiā iudicii naturalis quod est in brutis quod non iudicatur vnūquodqꝫ agendum sed aliquod paticulare sicut ouis non iudicat de quolibet fugiendo sed tm̄ de lupo & apes nō habēt industriā ad faciendum aliquod opus nisi ad fauos mellis: sed iudiciū rationis est de quolibet quę aguntur.

b Id habet iudicium. Notandum ꝙ dicit ꝙ habens rationis iudicium per se iudicat prosequendum vel fugiendum licet enim bruta quodammodo congnoscant fugienda vel prosequenda non tamen per se quia sunt causa iudicii. Homo autem non solum cognoscit finem & ordinata in finem: sed cognoscit ea vniuersaliter per modū collationis & per modū sylogisticū etiam homo suū iudiciū iudicat & discernit quia intellect⁹ est virtus conuersa supra se. Ratio ergo sic potest formari. Omne quod potest vti ratione habet iudiciū cognoscendi fugienda & optāda sed quod quisqꝫ iudicat optandum prosequitur & quod iudicat fugiendum hoc refugit ergo oē quod pōt vti ratione habet libertatem volēdi & nolendi.

(Ordo sic sumitur): Animaduerto inq̄ꝫ idqꝫ ita esse consentio vti tu dicis. Sed est ne vlla libertas nostri arbitrii in hac serie causarum sibi herētium? an fatalis cathena constringit metus humanorum animorum. P. Est inquit neqꝫ enim fuerit vlla rationalis natura quādo libertas arbitrii eidem assit nā quod naturaliter vti ratione potest id habet iudiciū quo discernat quidqꝫ igitur ꝑ se discernit fugienda ve optanda vero qđ quis optandum esse iudicat petit vero quod estimat esse fugiendum quibus inest] ratio illis inest libertas volendi & nolendi.

¶ c Sed hanc. Hic ostendit Phīa quomodo liberun arbitrium diuersificatur in diuersis scilicet in angelis & hominibus

d Nam supernis ꝛc. Notādum. Q. liberum arbitriū est libertas iudicandi & exequendi res: vel secundū Boetium super primo piarmenias liberū arbitrium est de volūtate iudicium animi nullo extrinseco aut violenter

.i.inflexibilis ad malum .s.quia nō est in eis impedimentum executionis .i.parata

& in corrupta volūtas & efficax optatorꝝ presto est

o

potestas. humanas vero aīas liberiores q̄dem esse ne-

cesse est: cū se in mētis diuine speculatione conseruāt.

.s.libere sunt sed .i.ad curā rerꝝ corporalium .s.libere sunt

Minus vero cū dilabunt̄ ad corpa: minusq̧ etiā cum

.i.affectibꝰ quibꝰ minus possunt resistere passionibꝰ insurgētibus .i.maxima .s.aīarum

terrenis artibus colligant̄. Extrema vero est seruitꝰ cū

qua regi deberent

vicijs dedite ratiōis ꝓprie possessiōe ceciderint. Nā

poq̧ .s.rationis ꝛ intellectus .i.ad terrena ꝛ carnalia

vbi oculos a summe luce veritatis ad inferiora & te-

.s.anime ignorātie .i.obscuritate

.i.obscurantur

nebrosa deiecerint: mox inscitie nube caligant̄ ꝑnitio

.s.passionibus

sis turbant̄ affectibus. Quibus accedendo consentiē

.i.induxerunt .i.augmentant .s.aīe vitiosoꝝ

doq̧ quam inuexere sibi adiuuant seruitutē & sunt

.s.eīs que dicta sunt ꝙ aduersos gradus libertate ꝛ actus ꝛc. f

quodamodo ꝓpria libertate captiue. ❡ Que tn̄ ille

.i.ꝓcul videns diuine simplex

ab eterno cuncta ꝓspiciens ꝓuidentie cernit intuitus

reddendo bonis bona ꝛ malis mala

& suis queq̧ meritis predestinata disponit. Omnia

Et hoc cōfirmat autoritate greca que sonat in latino vt in littera. vel secundū alios Deus illustrat omnia vt sol

videt: & omnia audit.

cogente aut violenter impediēte. nullo cogente ad faciendum quod displicet nullo impediēte ne fiet quod placet. Notādum ꝙ liberū arbitrium in duobus consistit. in libertate iudicandi. & in libertate exequendi iudicata primum scilicet libertatē iudicandi impedit ignorantia. Sed libertatē exequendi impedit impotētia executionis & corruptio voluntatis. Quādoq̧ autē possumus bonū ꝑficere tn̄ voluntate corrupta vicio nō ꝑficimꝰ. In substātiis autē seperatis nō est ignorantia iudicandi nec impotētia ꝑficiēdi nec corruptio voluntatis ergo ī eis est maxima libertas arbitrii ītelligētie enī in nullo fallunt̄: ergo habent ꝑspicax iudiciū & nūq̧ volūt nisi bonū ergo in eis est incorrupta voluntas & possunt ꝑficere q̄cquid desiderant ergo ī eis ē efficax potestas optatorꝝ.

e Humanas vero aīas ꝛc. Notandū ꝙ quidē dixerūt fuisse de intētiōe Platonis aīas humanas simul esse creatas ī celo & postea descēdere in corpa & in eis detineri tanq̧ in vinculis secūdū illos gradus libertatis. aīarum humanarꝝ quas ponit in littera sic distinguunt̄. s. ꝙ aie cū sint in cęlo create in cōtemplatiōe diuine mētis sunt maxime libere cū autē desiderio corporꝝ incipiūt descēdere ad corpꝰ sunt minus libere. cū aūt iam sunt colligate corpibus adhuc sunt minus libere: sed minima libertas est in eis q̄n subdunt̄ viciis. Ista tn̄ expositio nō tenet secundū veritatē. Ideo aliter exponiē ꝙ illas aīas necesse est esse liberiores quę cōtemplationi diuine inseruiunt vt aie virtuosorꝝ & cōtemplatiuorū quorꝝ conuersatio in celis est. Ille aūt sunt minus libere quę dilabunt̄ ad corpa. i. que descendūt ad curā rerum tēpalium sicut sunt practici quę negociantur circa bona corporalia ad cōmunē vtilitatē dispensandā. Adhuc minus libere sunt aie quę terrenis artubus colligant̄ eoq̧ descendūt ad curandum ꝓpriū corpus & ꝓpriam vtilitatē. Minime autē libere sunt q̄ subdite viciis rationē amittūt. Vitiosus enim non vnius tantum domini est seruus sed tot dominorum quot vitiorum secundum Augustinum.

(Ordo). Sed hāc nō constituo esse equā in omnibus. Nā & ꝑspicax iudiciū & volūtas incorrupta: & efficax potestas optatorꝝ ꝑsta est supnisq̧ diuinis substātiis. Vero necesse ē hūanas aīas esse liberiores cū cōseruāt se ī speculatiōe diuine mētis. Vero minꝰ cū dilabunt̄ ad corpa. etiā miuꝰ cū colligant̄ terrenis artubus. Vero extrema seruitꝰ est q̄n debite vitiis ceciderint a possessiōe ꝓprie ratiōis: Nam vbi deiecerint ocłos a luce sūme veritatis ad inferiora & tenebrosa mox caligant̄ nube inscitie turbant̄ ꝑnitiosis affectibus q̄bus accedēdo & cōsentiēdo adiuuant seruitutē quā sibi īuexere & sunt quodamō captiue ꝓpria libertate ❡ f Quę tn̄ ille. Hic ostēdit phīa quomō actꝰ liberi arbitrii cadūt sub ꝓuidētia diuina q̄a ꝓpter hoc ꝙ diuina cognitio se extēdit ad oīa. Notādū ꝙ licet diuina ꝓuidentia ab eterno oīa ꝓspexerit nō tn̄ ꝓpter hoc necessitat̄ liberꝝ arbitriū ad faciendū bonū vel malū. Quia secundū Aristotelē tertio Ethicorꝝ. Homo ē dn̄s suarꝝ operationū a pricipio vsq̧ ad finē: & ergo secūdum merita operationū liberi arbitrii recipit penā vel p̄miū. (Ordo). Quę tn̄ ille intuitus ꝓuidētie cuncta prospiciens ab eterno & queq̧ predestinata disponit suis meritis. Omnia videt & omnia audit.

Istud est Metrum secundū huius quinti. Quod

dicitur Archaloycum ab inuentore dactilicum a pede predominante. In quo phīa commendat excellentiam diuine cognitionis in cōperatione ad solem materialem.



Metrum secundum

¶ Notandum licet deus omnia cognoscẽdo preuideat etiam illa que ex libero arbitrio voluit tñ quasdã creaturas esse liberi arbitrii quia hoc magis decet diuinã bonitatẽ: sicut enĩ melius & nobilius est regnum in quo nõ tantum seruitur regi a seruis sed etiam a liberis ꝙ vbi tantum seruitur a seruis. Sic melius erit regnũ dei & decentius ex hoc quod sunt alique creature libere seruiliter opantes cuiꝰ modi sunt oẽs creature preter hominem & angelum q̃ ex determinatione nature necessitantur ad sua opera.

quia forsan fecit librum .i. solem
de claritate solis
Puro clarũ lumĩe phœbũ
.i. dulcis eloquentie .i. describit
Melliflui canit oris homerus.
.s. se pfunda
Qui tamen intima viscera terre
.i. maris
Non valet aut pelagi radiorum
debili .i. penetrare
Infirma prõrumpere luce.
non .s. habet
quia sua cognitione penetraret omnia
Haud sic magni conditor orbis.

.s. conditori celo respicienti
Huic ex alto cuncta tuenti
.i. magnitudine sicut radij solis .s. sibi
Nulla terre mole resistunt
obscura
Nõ nox atris nubibꝰ obstat
q̃tum ad presentia q̃tum ad futura
q̃tũ ad preterita
Que sint: q̃ fuerĩt veniantq̃.
.i. in vnico mentali intuitu
Vno mentis cernit in ictu
.s. conditorem
Quẽ (quia respicit oĩa solus)
Verum possis dicere solem.

(Ordo). Homerus oris melliflui canit phœbum clarum puro lumine. Qui tamen nõ valet prorumpere intima viscera terre aut maris in firma luce radiorum. haud sic conditor magni orbis huic menti cuncta ex alto terre resistunt nulla moli atris nox non obstat nubibus in vno ictu mentis cernit que sint que fuerint. q̃ veniant: Quem possis dicere verum solem quia respicit omnia solus.

Hic incipit Prosa tertia huius quinti. In qua

Boetius obijcit contra predicta ostendens nõ posse simul stare, puidentiam & liberum arbitrium, Et primo premittit ꝙ dicta possunt habere dubitationem, Secundo ponit rationem dubitationis ibi, Nimium incꝫ.



Prosa Tertia

p[ri]us cfinitis .s.phia predictis

Tum ego. En inq[ue] difficiliori rursus am-

ego .s.ambiguitas

biguitate confundor. P. Que nam inquit ista est?

.s.tu .i.ceris .i.iudico a q

Iam enī quibus p[er]turbare coniecto? ☙ B. Nimium

inq[ue] aduersari ac repuguare videtur prenoscere vni-

probat ista repugnāt

uersa deum: & esse vllum libertatis arbitrium. Nam

decipi

si cuncta p[ro]spicit deus: neq[ue] falli vllo modo potest eue

.s.illud quia si non eueniret falleretur prouidentia

nire necesse est quod prouidentia futurum esse pre-

rantiū

uiderit. Quare si ab eterno non facta hominum mo-

sed oia eueni-rēt de necessitate

do sed etiam cōsilia voluntatesq[ue] prenoscit: nulla erit

Declarat q deus sua p[ro]uidentia omnia precognoscit

arbitrij libertas. Neq[ue] enim vel factum aliud vllum

vel quelibet existere poterit voluntas: nisi quam ne-

quia non possunt aliter euenire q[uam] preuisa sunt .s.vt aliter euenirent

scia falli p[ro]uidentia diuina presensit. Nam si aliorsum

quam prouise sunt: detorqueri valent: non iam erit

a Coniecto: Coniectare est ex ali- quibus signis aliquid putare & sic phia coniecit per locum a cōmuni- ter accidentibus dubitationem Boe tij. Quia cōmuniter quicunq[ue] loque- bantur de prouidētia & libero arbi- trio dubitabant de compassibilitate eorum

(Ordo) Tum ego inq[ue]. En rursus cō fundor difficiliori ambiguitate. P. Quenam inquit est ista? Iam enim coniecto quibus tu perturbare.

☙ b Nimium inq[ue]. Hic Boetius exprimit suā dubitationē ostendens prouidentiā & liber[um] arbitrium esse inconpassibilia: Primo facit hoc. Se cundo excludit quasdam vias qui- bus aliqui conabant defendere pro- uidentiam ibi. Quid igitur. Ad p[ro]bā dum ergo incōpassibilitatem predi- ctorum ponit tres rationes. Secūda ibi ad hec. Tertia ibi Postremo. Pri- mo ponit primam rationē. Secundo excludit quandam solutionem eius ibi. Neq[ue] enim. Primo dicit. Nimiū videtur [etc]. Notādum q[uod] ex littera sic formatur ratio. Illa que preuidētur infallibiliter de necessitate eueniunt: sed omnia prouidentur a deo infalli biter: ergo omnia de necessitate eue- niunt & sic perit libertas arbitrij.

c Nam si aliorsum [etc]. Notādum q[uod] scientia dei non est opinio quia opi- nio est eorum que sic & aliter se pos sunt habere ex primo posteriorum. Sciētia autem est eorum que no pos sunt se aliter habere: ergo scientia dei non est dicenda opinio.

(Ordo sic sumitur) Nimium videtur aduersari & repugnare deum preno scere vniuersa & esse vllum liberta- tis arbitrium. Nam si deus prospicit cuncta neq[ue] vllo modo falli potest necesse est euenire quod prouidentia preuiderit esse futurum. Quare si ab eterno non modo facta hominum sed etiam consiliaq[ue] voluntates pre- noscit nulla erit libertas arbitrii neq[ue] enim poterit existere vel factū aliud vllum vel qualibet volūtas nisi quē presensit prouidentia diuina nescia falli. Nam si valent detorqueri alior- sum non erit iam firma prescientia futuri sed potius incerta opinio quod iudico nefas credere de deo.

¶ d Neq; enim illam ꝓbo rationem. Hic Phīa excludit responsionē que posset dari ad ꝑdictā rationē & primo ponit eam. Secūdo eam excludit ibi. Quasi vero. Notandū ꝙ prior ratio pretendebat ꝙ oīa futura de necessitate eueniāt qa de⁹ futura īfallibiliter ꝓuidet responsio aūt quorundā dicit cōtrariū. Dicit enī nō ideo quia de⁹ ꝓuidet futura necessario eueniūt sed qa futura sūt ideo de⁹ ea ꝓuidet. (Ordo). Neq; enim ꝓbo illam rationē qua quidē credunt se posse dissoluere hūc nodū questiōis aiūt enī nō ideo quid esse venturꝝ qm̄ id ꝓuidētia ꝓspexerit esse futurꝝ sed poti⁹ ecōtrario qm̄ quod futurū est illud non posse latere ꝓuidentiam diuināq; eo modo necessariū est hoc relabi in cōtrariam ptem neq; enī necesse est cōtingere que prouidentur sed que futura sunt necesse est prouideri.

¶ e Quasi vero. Hic excludit istā respōsionē. Notandū ꝙ respōsio ista quā innuit ī littera videt̄ fuisse ipsius Origenis q sup̄ ep̄lam ad Romanos sic dicit. Non propterea aliquid erit: quia illđ de⁹ scit futurꝝ: sed qa futurꝝ est ideo scitur a deo anteq; fiat quod tn̄ potest intelligi dupliciter. Vno modo ꝙ euent⁹ rei sit causa prescientie secundū rationē cōsequētie & sic responsio est vera. Aliomō potest intelligi ꝙ euentus rei sit causa prescientie secūdū existentiam & sic est falsa & hoc modo improbatur hic a Boetio. Primo ergo ostendit Boetius ista responsio non est ad ꝓpositū. Secundo ostendit ꝙ non includit veritatē ibi. Iam vero.

(Ordo). Quasi vero laboraretur cui⁹ rei causa sit ꝑsciētia ne necessitas sit causa futurorꝝ an necessitas futurorꝝ sit causa ꝓuidentie. At nos nitamur illud demonstrare necessariū esse euētum rerum prescitarꝝ quoq̄ modo se habeat ordo causarꝝ etiam si prescientia nō videat̄ inferre necessitatem eueniendi futuris rebus. Etenī si quispiam sedeat necesse est opinionē esse verā que cōiectat cū sedere & ecōuerso rursus si de quopiā vera sit opinio qm̄ sedet necesse est eū sedere igit̄ in vtroq; inest necessitas in hoc quidē sedendi at vero in altero veritatis. Sed non idcirco quisq; sedet quoniam vera est opinio. Sed hec potius est vera qm̄ ꝑcessit quempiam sedere. Ita cum causa veritatis procedit ex altera parte tn̄ in vtroq; inest cōmunis necessitas patet ratiocinari similia de prouidētiaq; futuris rebus Nam etsi iccirco ꝓuidentur: quoniā futura sunt nō vero ideo eueniunt:

futuri firma prescietia sed opinio potius incerta qđ de deo credere nephas iudico. ¶ Neq; enī illā ꝓbo rationē que se quidē credūt hūc questiōis nodū posse dissoluere. Aiunt enim nō ideo quid esse euenturum: quoniā id ꝓuidentia futurū esse ꝓspexerit: Sed econtrario potius: qm̄ quod futurū est diuina ꝓuidentia latere nō posse. Eoq; modo necessariū est hoc in contrariam relabi partem. Neq; enī necesse est contingere que ꝓuidentur. Sed necesse est q̄ futura sunt prouideri. ¶ Quasi vero que cuiusq; rei causa sit prescientia ne futurorꝝ necessitas sit: an futurorꝝ necessitas causa ꝓuidentie laboret: At non illud demonstrare nitamur quoq̄ modo se habeat ordo causarꝝ. Necessarium est euentū prescitarꝝ rerum etiā si prescientia futuris rebus eueniendi necessitatem nō videat: inferre. Etenim si quispiam sedeat: opinionē que eū sedere coniectat: verā esse necesse est. At econtrario rursus si de quopiam vera sit opinio: quoniam sedet: eum sedere necesse est. In vtroq; igitur necessitas īest: in hoc quidem sedendi: at verō in altero veritatis. Sed non idcirco quisq; sedet: quoniā vera est opinio: Sed hec potius vera est: quoniā quempiā sedere precessit. Ita

cū causa veritatis ex altera pte ꝓcedat: inest tñ cōmu-
Et codē mō ꝯtingit arguere de ꝓuidētia
z de his q̄ ꝓuidētur
nis in vtraq; necessitas. Similit᷑ de ꝓuidentia futuris
.i. argumētari .i. maifestū ē ꝯtingētibus
ꝙ rebus ratiocinari patet. Nam etiā si idcirco qm̄ fu
tura sunt ꝓuidēt: nō vero ideo qm̄ ꝓuident eueniūt:
Ita ꝙ vtriq; pti inest necessitas ꝯtingētis alteri casualitas
nihilominus tñ a deo vel ventura ꝓuideri vel ꝓuisa
euenire necesse est. Quod ad perimēdā arbitrij liber-
.i. sufficit .i. ꝑuersum
tatem solū satis est. ¶ f Iam vero ꝙ ꝑposterum est vt
.s. ꝙ dicit᷑ in ista r̄nsione
g eterne ꝑsciētie temporaliū rerum euentus cause esse
q.d. nihil est aliud dicere
dicatur. Quid est aūt aliud arbitrari ideo deū futura
quoniā sunt euentura ꝓuidere: ꝙ putare quæ olim
ipa futura esse
acciderunt causam summe illius esse prouidentie.
.s. ꝑdicta addenda est hec rō
h ali
¶ Ad hec sicuti cum quid esse scio idipsum esse ne-
cesse est: ita cum quid futurū noui idipsum futurū
ꝯtingit
esse necesse est. Sic fit igitur vt euentus ꝑscite rei ne-
.i. vltimo
i
queat euitari. ¶ Postremo si quid aliquis aliorsum
ꝙ tantū
atq; sese res habet existimet: Id non modo sciētia nō
est: sed est opinio fallax ab scientie veritate longe di-
ali
uersa. Quare siquid ita futurū est vt eius certus ac ne
q.d. nullo modo
cessarius non sit euentus id euenturum esse presciri
quō Huiꝰ rōnem assignat
qui poterit. Sicut em̄ scientia ipa impmixta est falsi-
.i. ꝙ
tati: ita id q̊d ab ea concipit᷑ esse alit᷑ atq; concipitur

qm̄ ꝓuident. nihilominꝰ tñ necesse est a deo vel ventura ꝓuideri vel prouisa euenire: q̊d solū satis est ad ꝑimendā libertatem arbitrij.

¶ f Iā vo. Hic phīa ondit ꝙ ista r̄nsio includit falsitatē. Quia ponit ꝙ aliq̇d tpale sit causa eterni. dicunt em̄ ꝙ res future sint causa ꝓuisiōis et̄ne. g Vt et̄ne ꝑscie ꝛc̄. Notandū ꝙ nullū tpale est causa et̄ni sed potiꝰ ecōuerso. Indigniꝰ em̄ nō est causa dignioris eo ꝙ causa dignior est effectu. Temporale āt est indigniꝰ eterno sicut corruptibile incorruptibili. g ꝛc̄.

(Ordo est talis.) Iam non preposterū est vt euentus rerum temporaliū dicat᷑ esse causa prescientie eterne. Quid autem est aliud arbitrari deum ideo prouide futura quoniā sunt euentura ꝙ putare que olim acciderunt causam esse illius summe prouidentie.

¶ h Ad hec sicuti. Hic ponit secundam responsionem ad probandū secundā cōclusionē. Notandum ꝙ ratio sic potest formari. Sicut se habet scientia respectu scibilis presentis: sic prescientia respectu effectus futuri: sed cū scio in pn̄ti aliq̇d esse necesse ē ipm̄ esse. ergo cū ꝑscit᷑ aliq̇d futurꝫ eē necesse est ipm̄ futurū esse. sed deꝰ prescit om̄ia futura. ergo necessario eueniunt. & sic iterꝫ tollit᷑ libertas arbitrij.

(Ordo) Ad hec cū scio esse qd necesse est idipsum esse ita cum noui qd futurum necesse est idipm̄ esse futurum Sic igitur fit vt euentus rei prescite nequeat euitari.

¶ i Postremo. Hic ponit tertiam rōnem ad idē. Ratio quā intendit est: Quicūq; existimat rem aliter esse ꝙ ē eius existimatio est falsa & nō est scientia sed fallax opinio. Ergo si deus prescit aliquod futurum esse: & si ipsum non necessario euenit sicut presciuit: prescientia dei nō erit scientia sed fallax opinio. ergo futura a deo ꝑuisa necessario eueniūt. & sic perit liberum arbitrium.

(Ordo) Postremo si qd existimet aliquid esse aliorsum atq; sese res habet Id nō mō nō est scientia sed est fallax opinio longa diuersa a veritate scientie: quare si quid ita futurū est vt eius euentus nō sit certus ac necessariꝰ qui poterit ꝑsciri id euenturum esse. Sicut em̄ scientia ipa est impermixta falsitati. ita id quod concipitur ab ea nequit aliter esse atq; concipitur nāq; ea causa est cur scientia careat mendacio ꝙ necesse est vnamquāq; rem se ita habere vti scientia comprehendit eam sese habere.

.s.nō pt Quia si hret aliter scia posset esse falsa qd pbat

nequit. Ea nāqꝫ causa est cur mendatio scientia careat: ꝙ se ita rem quāqꝫ habere necesse est vti eam sese habere sciētia cōprehendit.

.s.dicemus .s.de⁹ dici pt ꝙ

k ¶ Quid igitur? quonam modo deus hęc incerta futura prenoscit? Nam si ineuitabiliter euentura censet: q etiā nō euenire possibile est: fallit .qd nō sentire modo nefas est sed etiā voce pferre. At si ita vti sunt: ita ea esse futura discernit: vt eque vel fieri ea vel non fieri posse cognoscat. Quę est hęc prescientia quę nihil certum nihil stabile comphendit? Aut quid hęc refert vaticinio illó ridiculo Tyresię. Quicquid dicā aut erit aut non erit. Quid etiā diuina pūidētia hūana opinione pstiterit si vti hoīes incerta iudicat qꝝ est incertus euētus. ¶ Q. si apud illū rerū oīm certissimū fontē nihil incerti esse pt: cert⁹ eoꝝ est euētus q futa firmit ille pscierit Quare nulla ē hūanis cōsilijs actiōibusqꝫ libertas q diuiā mēs sine falsitat errore cūcta pspiciēs ad vnū alligat & cōstringit euētū.

Ille pm⁹ mod⁹ .s.de⁹ iudicet .s.ipe de⁹ .i.nō tantū .s.nefas est Scds mod⁹ ē vt si dicat deū puidere futa indetermiate sicut futura sūt. sꝫ isto mō puidētia dei nō est certa .i.indetermiate .s.de⁹ .i.equaliter q.d. talis pscientia nulla est pscia .s.a l als Quo etiā .i.in q .i.preualebit .s.ea m .s.de⁹ n .s.cōsilia z actōes

¶ k Quid igitur? Hic phia iprobat modos quibus aliqui nitunt saluare prouidentiam. Et primo querit quō possit saluari pūidētia diuina improbando duos modos qb aliqui conabātur ipaꝫ saluare. Secundo ponit tertiū modū sꝫ ipm improbādo. Secūda ibi. Q. si apud. Primo dicit. Quid igit dicem⁹: quonā modo dici pt ꝙ de⁹ pnoscat hęc futura incerta. Primus mod⁹ est: vt dicatur deū ea q pūidet iudicare infallibiliter cꝫuis possint nō euenire Sed id est incōueniēs. quia tūc falleretur sua prouidentia.

l Vaticinio illo ridi. Notandū ꝙ cū Tyresias vidisset duos serpentes simul coire: pfecto baculo ipsos separauit ab inuicem & mutat⁹ fuit in mulierē Post septenniū iterum serpētes coeuntes baculo sepauit & mutatus fuit in virū. Cū āt orta fuissꝫ dissensio inter Iouē & Iunonem an maior esset delectatio in coitu viri cꝫ mulieris. elect⁹ fuit Tyresias in iudicē q expertus erat forte vtriusqꝫ sexus. Cum āt diceret maiorē esse delectationem mulieris Iuno cōmota excecauit eum. Iupiter āt sui misert⁹ in recōpensam amissi visus dedit sibi spiritum vaticinādi. Fuit āt hęc sua faticinatio. Quicquid dicam erit vel nō erit. Si ergo de⁹ non aliter psciret futura indeterminata nisi qꝛ erūt vel nō erūt: nō differret sua pscientia a prescientia Tyresię. qd est ridiculosum.

(Ordo) Quid igit qnā mō de⁹ pnoscit icerta futura? Nam si censet euētura ineuitabiliter q etiā possibile est nō euenire: fallitur qd nō modo nefas est sentire sed etiam voce proferre: at si discernit ista futura esse ita vti sunt vt cognoscat eque vel fieri vel non fieri ea: Quę est hęc pscientia quę nihil certum nihil stabile comprehendit Aut qd hęc refert vaticinio illo ridiculo Tyresię q dicebat. Quicquid dicam hoc erit vel non erit. Quid etiā puidentia diuina preualebit humana opinione si iudicat incerta vti homines quoꝝ est incertus euentus.

¶ m Q. si apud illū. Hic ponit tertiū modum conantiū saluare prouidētiam. Et est: vt ponamus omīa euenire de necessitate & auferamus liberū arbitriuꝫ. Primo ergo ponit illū modū. Secundo ostēdit quę incōuenientia sequāt ad ipm ibi. Quo semel: Primo ergo concludit illū modū.

n Certissimū fontē: Notandū ꝙ nlla mutatio cadit circa fontē omniū reꝝ .q: cognitio eius nō potest esse incerta: etiā si esset incerta esset impfecta et diminuta. si g est certa respectu futoꝝ necesse est vt omnia futura pscita a deo necessario eueniant.

(Ordo) Q. si apud illū certissimū fontem oīm reꝝ nihil pt esse incerti. certus ē euētus eoꝝ q ille firmiter presciuerit futura qre nulla est libertas hūanis consilijs & actiōibus quę diuina mens sine errore falsitatis cūcta prospitiens alligat & constringit ad vnum euentum.

.s. vt negetur liber arbitrium .s. destructio
¶ Quo semel recepto q̄ntus occasus hūanarꝝ rerum
manifestū est ita statuta ⁊ leges hūane erūt inutiles q̄ penas ⁊ premia statuunt
cōseqt̄: liquet. Frustra em̄ bonis malisq; p̄mia pene
ve ꝓponunt̄: q̄ nullus meruit liber ac volūtarius mo
tus aīorꝝ: idq; oīm videbit̄ iniq̄ssimū q̄d nūc equissimū iudicat̄: vel puniri improbos vel remoueri pro
.s. ad pbitatē
bos q̄s ad alterutrꝝ nō ꝓpria mittit volūtas: s; futura
cogit certa necessitas. Nec vicia igit̄ nec ꝟtutes q̄cq;
.s. bonoꝝ ⁊ maloꝝ .s. erit
fuerint: s; oīm meritorꝝ potius mixta atq; indiscreta
.s. q̄ deū dicere auctorē oīm maloꝝ q̄d tn̄ necessariū ē ablata libertate
cōfusio. ¶ Quoq; nihil scelerius excogitari p̄t cū ex
.s. libere fieri
ꝓuidētia rerꝝ oīs ordo ducat̄: nihilq; liceat consilijs
.i. sequitur
hūanis: fit vt vicia q̄; nr̄a ad bonorꝝ oīm referantur
.s. si tollitur liberꝝ arbitriū .s. inter deū ⁊ hoīes
auctore. ¶ Igit̄ nec sperādi aliq̄d nec dep̄candi vlla ra
q.d. frustra fieret vtrūq;
tio est. Quid em̄ vel speret quisq; vel etiā dep̄cet̄ qn̄
optando oīa indeflexa series cōnectit. Auferē igitur
vnicū illud inter hoīes deūq; cōmertiū sperandi scilicet
ac dep̄candi. Siquidē iuste hūilitatis p̄cio inestimabilē vicē diuīe grē ꝓmeremur. Qui solus modus est
.i. retributōe; dep̄cando

¶ o Quo semel. Hic ponit incōueniētia q̄ sequūt̄ si auferat̄ liberꝝ arbitriū. Et primo ōndit q̄ incōuenientia sequūt̄ ex pte hoīm. Secūdo q̄ ex pte dei. Tertio q̄ ex pte ꝯiūctōis hominū ad deū. Secūda ibi. Quo nihil. Tertia ibi. Igit̄ nec sperandi. Incōueniētia ex parte hominū sunt si nō sit liberū arbitriū frustra ꝓponuntur hoīb; pene vel p̄mia & iniuste puniūtur mali & p̄miant̄ boni. nec erūt vicia nec virtutes in hoīb;: sicut nec ī alijs q̄ agūt necessitate nat̄e & nō libertate animi.

